



97

ARRHA PIETATIS
QVAM
V I R O
*SVMME VENERABILI AMPLISSIMO
DOCTISSIMO QVE*
D O M I N O
C H R I S T O P H O R O
G O T T L O B
G R V N D I G I O
P R O V I N C I A M
A N T I S T I T I S S A C R O R V M E T I N S P E C T O R I S
S C H O L A R V M D I O E C E S E O S F R E I B E R G E N S I S
P O S T R I D . C A L . S E P T E M B R .
A . R . S . M D C C L I X .
A V S P I C A T O I N G R E D I E N T I
O F F E R V N T
D V O I N T E G E R R I M I
N O M I N I S G R V N D I G I A N I
C V L T O R E S
Q V O S V O X V N A Q V I D E M S E D
I V N C T O S C O N T I N E T
A M B o .

F R E I B E R G A E , L i t t e r i s M A T T H A E A N I S .



CHRONICOGRAPHO GOTHICOB



Omnia nunc fiunt, fieri quae posse negabam:
Tempore iam dixit Naso poëta suo. (*Trist. L. I. E. VII. 7.*)
Et quis nunc dubitet, similes iterare querelas?
Quum ruit in peius, quod fuit ante bonum,
Quis tantas strages praevidit mente sagaci,
Quas Mars fecit adhuc ense minisque ferox?
Quis credat, patriam prisca virtute valentem
Tam cito deiectam viribus esse suis?
Et quis non animum sentit terrore moueri,
De misera regum conditione legens,
Quorum hic insidiis fuit absque pudore petitus
Auspicio sacri consilioque gregis,
Ille autem pridem morbo prostratus acuto,
Dum moritur, viuit, dumque reuixit, obit,

Iste, suis vitam degens à ciuibus exsul,
Humanae vitae fata vicesque dolet.
Plurima sic fiunt, fieri quae posse, negamus,
Multo ut maioris sint medicina mali.
Multa etiam fiunt, fieri quae posse negantur,
Vt nos conuincant de bonitate DEI.
Exempli caufa, quod in hoc discrimine rerum
Non omnis prorsus spes labefacta cadat;
Quod non omnino patriae commercia cessent,
Sed vigeant multis floridiora locis;
Quod nos nulla fames, belli comes horrida, vexet,
Et vilis pretii pane fruamur adhuc;
Quod tam larga seges nostris succrescat in aruis,
Quae tamen ob turbas vix potuere coli;
Quod petat à nobis fruges Boiemica terra,
Quae nobis alias suppeditauit eas.
Ast, quid opus multis? fieri quae posse negabunt?
Plerique, effectum nuper id esse, patet.
GRVNNDIGIVS, nunquam sibi qui persuaferat illud,
Nec prece quaesierat, nec meditatus erat,
GRVNNDIGIVS Praeful diuina forte creatur,
Qui nos praesidio consilioque regat.
Ex hoc caelestis miranda potentia regis
Quod pateat, nostrum nemo negare potest.
Hic etenim multo praefat maiora, rogare
Quam quisquam aut celeri mente videre potest.
Nec minus hoc factō eluet sapientia summi,
Qua bene vult nobis hac ratione, DEI.

In primis vero se eiusdem gratia prodit,
Hoc argumento quae manifesta patet.
Hacc quantum tacito miramur pectori fata,
Quae dispensantur cunctipotente manu,
Tantum gaudemus, quod vota precesque bonorum,
Pauci quamuis sint, hoc valuere loco.
Nos non laetamur, quod nanciscamur amicum,
Qui nobis dudum cognitus ante fuit,
Candida sed pura sentimus gaudia mente,
Gaudia, quae certae sunt documenta spei,
Multos ac varios sibi quod res publica fructus
Hoc oblata videt Praefusele nostra nouo.
Publica qui semper curabit commoda promtus,
Et felix caussam posteritatis aget.
Ergo piis votis Numen caeleste precamur,
TE nobis seruet, Vir Reuerende, diu.
Vt pacis praeco, mente hinc, hinc corpore saluus
Nobiscum possis pace fauente frui.



78 M 496

ULB Halle
001 618 148

3



TA-206

107







97

ARRHA PIETATIS QVAM V I R O SVMME VENERABILI AMPLISSIMO DOCTISSIMO QVE D O M I N O CHRISTOPHORO GOTTLOB GRVNDIGIO PROVINCIAM ANTISTITIS SACRORVM ET INSPECTORIS SCHOLARVM DIOCESEOS FREIBERGENSIS

POSTRID. CAL. SEPTEMBR.

A. R. S. MDCCCLIX.

*AVSPICATO INGREDIENTI
OFFERVNT*

DVO INTEGERRIMI

NOMINIS GRVNDIGIANI
CVLTORES

QVOS VOX VNA QVIDEM SED
IVNCTOS CONTINET

A M B o.

FREIBERG AE, Litteris MATTHAEANIS.